

DIE VII. DECEMBRIS.

IN ORDINATIONE S. AMBROSII E. ET CONF.

DUPLEX.

Hymnus. Iste Confessor Dómini sacrátus Sóbrius, castus fuit et quiétus....

Oratio.


DEUS mundi auctor et cónditor, qui hodiérnæ festivitátis diem beáti Ambrósii sacerdotii electióne consecrásti : præsta pópulo tuo ut cujus ánnua celebritáte devótis resúltat obséquiis ⁊ ejus suffrágiis tuæ pietátis consequátur auxiliúm : Per.

Memoria Adventus, deinde Octavæ diei S. Andréæ :


Anti-
phona
j. toni.



AMBULANS Jesus juxta mare Ga-li-læ-æ,




vidit Petrum, et André-am fratrem ejus, et a-it



il- lis : Veni-te post me, fáci-am vos fi-eri



pisca- tó-res hóminum. At il-li, re-lí- ctis ré- tibus



∇. Diléxit Andréam Dóminus. R̄. In odó-

et na- ví, secú- ti sunt e-um. rem suavitátis.

Oratio.

PROTEGAT nos Dómine sæpius beáti Andréæ Apóstoli tui repetíta solémnitas : ut cujus patrocínia sine intermissióne recólimus ⁊ perpétuam defensiónem sentiámus : Per.